Caſtigari. ꝭ vna pena ɔmutatur in aliā corporalez. ſic. xij. q. ij. . ꝰ. libtus. et . lxxxij. di. p̄ſbit᷑. xiiij. . q. vi. c. i. ſi. ff. de acc. hos. ꝰ. omnibus. in ſi.

Veluti. hic vult dicere ꝗ ſꝰ diaconꝰ ɔuicit᷑ veluti laicus quātū ad hoc ſcꝫ q᷑ ſicut cauſa laici ab ep̄o vno audiri p̄t ſic cā ſubdiaconi vt . xv. q. vij. felix. ſecus eſt i diacone. Quidā etiā ꝭ referūt ad qualitatē teſtiū vt ſicut bigami admittūt ɔ̄ laicū ſic ɔ̄ ſꝰ diaconū q᷑ p̄n̄t ex diſpenſacōne fieri ſubdyaconi vt xxxiiij. di. lector. ꝫ eadē rōne homicida admittitur cōtra ſacerdotem ɔ̄i ſecū diſpenſari poſſit a papa.

Preſbri. bone opiniōis ꝭm. ꝭ. ſecus ſi ſuſpecti ſūt vt. s. e. illi. ſed hoc nō placet. minores ḡ clerici p̄nt corā ep̄o torq̄ri a laico nec credo tenere qꝺ dicitur hic.

Leges. circa laicos infames.

Qui ſuo. id ē ꝓpter ſuū honorē.

Preſbri. q̄liter impator ſtatuīt ꝭ aliquid de rebus ecc̄iaſticis ɔtra id. xcvi. di. bn̄ quidē. niſi hoc fecerit ap̄lica auc̄te ut . xcvij. di. ecc̄ie. et. c. victor. ꝫ ꝭ inſtruit iudicē ecc̄iaſticum quid facē debeat ſic. ī. e. delatori.

Epiphaniū. de eodem agitꝰ ex̄ de teſtibꝫ quoniam.

Lr̄is. ꝫ q̄liter ꝭ fecerit cū non ſit admittēda accuſacō per lrās ut . ij. q. viij. preſcripta. et. iij. q. ix. abſente. ſed hic non plene examiauit cauſam.

Accuſatū. in famatum.

Diſcutientes. de plano non in forma iudicij. ex̄ de accuſac̄. olim.

Abſoluimus. ab obſuacōne iudicij vnde poſtea admittitur accuſatio.

Paratus. ſed nonne potuit accuſator penitere et dicere ſe erraſſe vt. s. e. q. i. quidā. et ante litis ɔteſtatōneꝫ p̄t ɔ̄ſiſtere accuſator ut ex̄ de accuſa. lꝫ. i ſi. ſed illud eſt ſpeciale i accuſatore ep̄i vel cū orta eſt infamia ut. dixi. . s. iiij. q. v. quiſquis.

Delatori. lingua. ꝫ q̄lit᷑ papa dat iura de pena ſangūis ɔ̄ illud. xxiij. q. viij. hijs a quibꝫ. ſed ꝭ docet quid facē debeat iudex ſecularis. ſic. xxvij. . q. i. ſi quis rapuerit. Johannes.

Quod aūt· in ſimonia· ꝗlibꝫ audit̄ accuſās ꝯt̄ laicum Quō·i· etiā meretrix· lxxix· di· ſi ꝗs ꝑpa· et ex̄ de ſimo· tanta· h̄ ideo qꝛ omnia crimina nulla reputant̄ reſpectu iſtiꝰ vt· i· q· vlti· patet· ſecus ſi accuſatꝰ ſit clericus et bone fame vt· ij· q· i· in primis· in fi· imo eadem eſt diſtinctio in laico an prius fuerit bone fame an non vt· ff· ad· l· iul'· maie· famoſi· licet autem in exceptis criminibus admittant̄ criminoſi non tamē ſine tormento vt· iiij· q· iij· ſi ea· ſi g° clericus eſt bone fame in nullo crimīe ſuſpectus auditur ꝯtra ipſum vt ex̄ d̄ teſti· veniens· ſi male quilibet admittitur ad accuſandum et teſtificandum ut ex̄ de ſimo· p tuas· ꝗdam tn̄ dicunt q̄ lꝫ viles admittant̄ ad accuſationeꝫ non tn̄ ad teſtimoniū· qꝛ tota vis negocij pendet in teſtimonio ſꝫ nō in accuſacōne· vl' dic ut dixi· ij· q· i· in ꝑmis· in fi·

admitteret̄ ad accuſacōꝫ vl' ꝓmocōeꝫ qꝛ non ſufficit q̄ modo non ſit infamis ſꝫ nunq̄ fuerit infamis· h̄· e· ꝗ crimen· Item infamia ꝯtractata ex ſnīa excōicationis tollit̄ per abſolutioneꝫ vt· iiij· q· i· c· i· ſicut finito tp̄e relegationis tollit̄ infamia orta ex ſnīa· ff· ad municipales· ordine

b ❡ A minoribus· honeſtate morum id eſt criminoſis ne ſit contra· ij· q· vij· preſumunt· et· c· lator

S In ſacdos· ꝑſcipit̄· ab apoſtolo vt· xxv· di· ꝑmū· ſi eſt tale crimē q̄ eſt accuſatione ꝛ damnatione digniſſimum· lxxxi· di· aplus

O Mnes leges· ſꝫ ꝛ alios dicimꝰ infames ſm canones ꝗ nō ſunt infames ſm leges vt bygamos ꝛ cōpore viciatos ſic nec omnes dicimꝰ infames ſm canones qui ſm leges ſunt infames vt mulier ꝗ nubit infra tp̄us luctus· io· ſꝫ certe bygami et corpore viciati nō ſūt infames et ſi ſint irregulares cum nō deliq̄rint· bar· dicūt autem ꝗdaꝫ q̄ infamia que irrogat̄ p ſnīam vel ꝗ ꝯtrahit̄ ipo facto vel ſi aliꝗ deprehenditur ī adulterio vl' cum aliquis ꝯtraxit binas nuptias de qua agit̄· ff· d̄ hijs qui no· infa· quid g°· hec infamia h̄ non purgatur p quantamcūqꝫ pnīaꝫ vt· ij· q· iij· ꝟ· hinc colligit̄ niſi reſtitutus ſit ab illo ꝗ pt̄ reſtituere vt a ꝑncipe vel ſenatu vt· ij· q· iij· ꝟ· notandū· ij· in fi· ff· de poſtul'· l· i· ꝟ· de qua· alia ē infamia facti de ꝗ agit̄· h̄· e· ſūt plurimi· et h̄ meliꝰ d̄r infamacō ꝗ inducit purgacōꝫ et illa abolet̄ purgatione ꝑſtita vt· xv· de crimine· eſt etiam quedam infamia canonica que irrogat̄ ex quolibet mortali peccato vt h̄· et· xxxij· q· v· preceptum· in fi· ꝛ h̄ aboletur per penitentiaꝫ vt h̄· e· illi ꝗ· tn̄ talis vt dicunt quidam non

fuerit fidelium ꝓſcriptꝰ vel interfectus· placuit non ñ in fine accipere ꝯmunionem· ſi leuior cauſa fuerit intra ꝗnquenniū accipere ꝯmunionē non poterit· Si cathecuminꝰ fuerit poſt ꝗnquenniū admittat̄ ad baptiſmum· ❡ Iteꝫ ex· viij· ſinodo·

Qui innocentē falſo crimine maculauerit ſacdotis arbitrio pnīa diuturna ſe purget

S I ꝗs falſuꝫ dixerit vel pſonaꝫ innocentis falſo crimine maculauerit· iux̄ ſacdotis arbitriuꝫ diuturna penitētia expurgetur· ❡ Iteꝫ ex concilio agathenſi

A ꝯmunione coherceatur ſecularis vel laicꝰ qui eccleſiam vel clericum per calumniam fatigauerit·

S I ꝗs ſecularium per calumniam eccleſiaꝫ vel clericum fatigare ꝑſumpſerit ꝛ ꝯuictus fuerit· ab eccie liminibꝰ ꝛ catholicoꝝ ꝯmunione niſi digne penituerit coherceatur·

Incipit cā ſexta

Duo fornicatores ꝛ infamia notati quēdā religioſū epm̄ de ſimonia accuſare nitunt̄ Reꝰ alteriꝰ ꝓuintie arepi iudiciū expetit Tadē in ꝓbacōe defic̄ accuſator· reꝰ cogit̄ ad ſue innocētie aſſertionē· ❡ Hic ꝑmū querit̄ an crimīe irretiti vel infamia notati ꝛ huiuſmodi ad accuſacōꝫ ſint admittēdi· ❡ Scdō ſi epus in eos accuſationē vetē voluerit an ſimplici aſſertioni ſue ſit fides adhibēda ❡ Tercio ſi liceat ſibi expetere iudicium archiepiſcopi alterius prouincie· ❡ Quarto cuiꝰ iudiciuꝫ ſibi ſit expetēdū ſi circa ſnīam ſuam epos ſue ꝓuintie diſcordare contigerit· ❡ Quinto ſi in ꝓbatione deficit accuſator· an reus ſit cogendus ad probationem ſue innocentie·

Q Uod autem crimine irretiti alios accuſare non poſſint· Anacletꝰ ꝑp̄ teſtat̄ dicens

A criminoſis ſacerdos accuſari non permittitur·

S I ſacdos ſine crimine eligi ꝑcipit̄ nullatenꝰ a criminoſ ac cuſari ā calumniari ꝑmittit̄· nec ab alijs q̄p ab hijs ꝗ ſine crimine ſunt ꝛ qd̄ iuſta electione ſacerdotes ordinari poſſunt ꝛ tales per omnia inueniunt̄ quales eligi ſacdotes iubent̄· ❡ Item adrianꝰ papa·

Infames ꝛ ꝗ culpis exigentibꝰ ad ſacdotiuꝫ ꝓuehi nō pn̄t ſacdotes nō accuſent

O Mnes vero infames eſſe dicimꝰ ꝗs leges ſeculi infames appellant et omnes ꝗ culpis exigentibꝰ ad ſacerdotiuꝫ non pn̄t ꝓuehi· Indignum eſt enim vt illi eos accuſent ꝗ eſſe non poſſunt qd̄ ipi ſunt· Qm̄ ſic maiores a minoribꝰ non iudicant̄ ita nec criminari poſſunt· ❡ Item fabianꝰ papa

Infames ſunt ꝗ regnum dei ꝯſequi non valent

I Lli ꝗ illa peccata perpetrant de ꝗbꝰ apl's ait· qm̄ ꝗ talia agunt regnum dei ñ ꝯſequent̄ valde cauendi ſunt ꝛ ad emendationem ſui ſi voluntarie venire noluerint ꝯpellēdi ſunt· quia infamie maculis ſunt aſperſi et in baratruꝫ dilabunt̄· ñ ſacerdotali eis auctoritate ſubuentuꝫ fuerit· ſimiliter illi de quibꝰ ipe ait· cum huiuſmodi nec cibum ſumē qꝛ infamia ſunt notati anteq̄ ſacerdotali auctoritate

I Lli ꝗ· ſm ꝗdam prima ps loquit̄ d̄ criminoſis non excōicatis ſcd̄a de excōicatis· ſm alios loquit̄ ꝑma ps de occultis ſcd̄a de manifeſtis criminoſis

Niſi eis· ar· tolli infamiā p ſatiſfactōeꝫ eccie vt· xxxij· q· v· ꝑcep̄tum· xxxv· q· vi· ſi duo· ar· ꝯt̄· iij· q· iiij· ꝯſangneoꝝ ꝛ· c· hij ꝗ· ꝛ h̄· e· ꝗ cūqꝫ· ꝛ· xxij· q· v· paruuli· dic q̄ canōica infamia tollitur p pn̄iaꝫ ſꝫ nō illa que irrogatur ipſo facto vel per ſententiam· io· de ipo crimine occulto tollit̄ p pn̄iam ſꝫ non de manifeſto vt ex̄ d̄ tēpoꝛ· or· c· vlti·

g ❡ Cōpellendi· ar· exiſtētē in mortali pcc̄o cogēdū ad pn̄iam· xxij· q· i· ꝑdicandū· xxiiij· q· iij· taꝫ ſacdos· ar· ꝯt̄· ij· q· i· mlti

h ❡ Cū hmōi· ſcꝫ excōicatis·

O Mnes· añ ſatiſfactionē· vel iuramtū· ex̄ d̄ ſen· ex· per tuas·

B Eatꝰ· de cente· cū dixit ꝗ ſine pcc̄o ē ꝛc̄· vt· iij· q· vij· ꝗ ſine·

i ❡ Rogabat· i· ꝑcipiebat· ſic· xi· q· iij· rogo·

k ❡ Qm̄ ꝓ minimo· ſic ꝯtinua· qm̄ et ſi boni ſimus·

l ❡ Vt a talibꝰ· ſcꝫ ill' ꝗ ſp parati ſunt reprehendē d̄ quibꝰ ait· xi· q· iij· ſcti· ſꝫ alioꝝ reꝑhenſiones attendende ſūt ꝗ lꝫ mali non ſunt tn̄ ideo reprehendūt qꝛ eos malos credunt vt· xi· q· iij· nō ſūt xij· q· i· nolo·

o ❡ Ab hūano· i· ꝗ tm̄ hūana et nō dīna querūt· vij· q· i· ſunt in eccl'a·

Q Ui crimē· ſi vis dicē q̄ ꝗ peccauit pꝰ baptiſma poterit ꝓmoueri ſi egerit pn̄iaꝫ tūc dicas illū appellari h̄ criminoſū ꝗ p ſententiā ꝯuictꝰ ē vel de enormibꝰ criminibꝰ intelligas que irrogant infamiam ipo iur̄· vel de illo intellige ꝗ pendente accuſatione qua ipſe fuit accuſatꝰ noluit accuſare alium qd̄ non licꝫ· iij· q· vlti· neganda· baz· autem facit vim in h̄ v̄bo· criminoſus· ſcꝫ plenus vicijs ſicut ille qui

est piurus vt ·j·e·
quicūqꝫ·et licꝫ q̄
libꝫ crimīosus ē̄
non cōuict9 repel
lat² ut ex̄ ꝺ teſti·
ſup eo·tñ ſi ꝓbat
ſe egiſſe pñiam
bñ recipitur maxi
me in ciuili ·ar·l·
di·ferrum·ꝛ·ff·ꝺ
edil'·edic·ꝙ ita·
licet ſit ar·ꝯt·ex̄
ꝺ ſimo·p tuaſ·ubi
ꝺr ꝙ in exceptis
crimīib9 licꝫ ciui=
liter agat² potius
admittatur de eq̄
tate ꝙ̄ de rigore
io·tu breuiter di
cas ꝙ ſi ꝓbat̄ cri
mē ꝯt̄ aliquē ſēp
repellit² in cā cri/
minali vt·s·ij·q·
·vij·q̄rēdū·et ex̄
de teſti·teſtiōniū
niſi i exceptis cri/
mib9 ſm diſtincs
tionē pluries dic=
tā ſupius·bar·

¶ Si ipē ante·li
cet de illo nō ſit ꝯ
dēnat9 ar·ex̄ ꝺ te
ſti·ſup eo·et ē h̄
ar·ꝙ poſt pñiam
accuſatur quis de
crimīe·xxxiij ·q·
·ij·ſmonē·i·q·vij
ſi quis omēm ·l·
di·puenit·xlviij·
di·qm̄ multa·

¶ Rei·id eſt ac
cuſati·

¶ Xp̄m · nō tñ
h̄ obeſt eis ſi eos
iſtruxerint·xlvij·
di·quantūlibet·ꝛ
·xliij·di·epheſijs·
aliud ſi neglexe=
rit eos corrigere
vt·xxxvij·di·les
gant·

Somnia·de
occultis lo=
quitur q̄ ſoli deo
reſeruantur·xxxij·
di·erubeſcant·

¶ Inuidie·h̄ ca
non pſumit accu=
ſacōnē fiei potius
cā inuidie ꝙ̄ cari
tatis ut dixi·ij·q·
vij·ſi qs epos·

Omnes·ſuſpici
one· ſic·ij·
·q·i·p̄mo·ſuſpicō
ni temerarie non
creditur·xi·q·iij·
in cūctis·ꝓbabi=
lis inducit p̄ſūpti
onē·ff·qd metus
cā·l·vl·ij·q·v·p̄=
ſbit·uiolēta ꝯtē=
nacōeꝫ·xxxij·q·i·
dixit·C·ꝺ adul·ꝙ̄
uis·licꝫ ſit ar·ꝯt·
ex̄ de p̄ſūpē·lrās·

Imitare·ca=
ſus·nemo dꝫ
ſe iactare de bo=
nis ne cadat vt
petrus et dauid

ſanentur et gremio ſancte matris
ecc̄ie reintegrentur·qꝛ qui ex̄ nos
ſunt nobiſcū cōmūicare nō poſſūt
¶ Idē Ante ſatiſfactōꝫ excōicati
ad accuſation em nō admittantur·
Omnes illi ſunt ab accuſacōe
repellēdi quos apl'us comme
morat dicēs·cū hijs nec cibū ſumē
et añ ſatiſfactionē ecc̄ie nō ſunt ſuſ
cipiēdi· ¶ Item clemens pp̄·iacob
ieroſolimoꝝ ep̄o Sacdotes nō
niſi a coequalibus accuſari debent·
Beatus petrus homicidas et ad
ulteros ac cūctos criminali=
bus nexib9 allegatos et qui eis co
equales nō erāt ab ep̄oꝝ vexacōne
et accuſacōe dño dicēte ꝓhibebat
et nō niſi a coequalib9 aliquid ſibi
inferri debere docebat·Infames eti
am omēs et quos p̄mates et leges
ſeculi non ſuſcipiūt ſed et laicos ab
ep̄oꝝ accuſacōne et vexacōe ſemp
repellere debere rogabat et cūctos
eſſe ſbditos ſibi p̄cipiebat ·cuncto=
rū ſacerdotū vitā ſupiorem ſanctio
rēqꝫ ac diſcretā a ſecularib9 ꝛ lai=
cis hoib9 eſſe et ſpūales atꝫ ſacdo=
tes ſup carnales et laicos ſemp cō
ſtituere et fore docebat debere·qm̄
ꝓ minimo nob eſſe debere vt a tali
bus arguamur ꝛ iudicemur aut ab
humano die·Maiores vero a mino
ribus nec accuſari vel iudicari nul=
latenus poſſe dicebat·qm̄ nō ſolum
hec diuinas ſed et leges ſeculi inhi
bere docebat· ¶ Itē adrian9 pp̄·
Qui crimioſus fuerit ſacdotes accu
ſare non valet·
Qui crimē
intēdit agnoſcendū eſt ſi ip=
ſe añ nō fuit criminoſus·qꝛ ꝑiculo
ſū eſt et admitti nō debet rei aduer
ſus quēcūqꝫ ꝓfeſſio· Teſtes aūt ſi
ne aliqua ſint infamia et vxores et
filios habētes omīno p̄dicātes cri=
ſtū·Non ſolum autē criminoſi ſꝫ et
quilibꝫ alij ab accuſacōe ep̄oꝝ re=
pellūtur· ¶ Vñ anaclet9 papa ait
Deo nō placet qui ſeruos ſuos ac
cuſat·
Si omīa in hoc ſecu=
lo vindicata eſſent locū diui=
na iudicia nō haberēt· Supuacuis
laborat impēdijs qui ſolē certat fa
cibus adiuuare· Ideo ſi aliquis pu=
tat ſe in hoc deo placē qd ſeruos ſu=
os accuſat et vt meliores fiant di=
cit ſe hoc agere·inanū laborat ꝛ pl9
inuidie ſtimulis agitatur ꝙ̄ carita
tis·qm̄ gratie pleitudo adiectione
nō indiget nec vlli requirit cōmen
dacōis augmēta· ¶ Itē theleſpho
rus papa· Popul9 ſacdotes ac
cuſare vel increpare non valet·

Sacerdotes qui ꝓprio ore cor
pus dñi ꝯficiūt ab omib9 ſūt
obediēdi et timēdi nō dilacerandi
aut detrahendi·quia a quib9 ſe dñi
populus bñdici ſaluari et inſtrui cu
pit nullatenus debet eos arguē nec
vulgus in eorum accuſationem ſu=
ſcipi· Populus eñi ab eis docendus
eſt et corripiēdus non ipi ab eo·qꝛ
diſcupulus non eſt ſup magiſtrum·
Dei ergo ordinacōnem accuſat q̄
eos qui ab eo ꝯſtituuntur ſacerdo=
tes accuſare vel dānare cupit · Itē
hij quidē qui non ſūt idonei nō ſuſci
piantur ad accuſacōnem·et omnes
qui aduerſus patres id eſt ſacerdo=
tes armātur infames eſſe cenſemus
patres enim omēs id eſt ſacerdotes
venerādi ſūt nō reſpuēdi non accu=
ſandi vel inſidiādi· ¶ Item pi9 pa
pa De eodē·
Oues paſtorē ſuū non reph̄en=
dant·plebs ep̄m ſuum non accuſet
nec vulgus eū nō arguat·qꝛ nō eſt
diſcipulus ſup magiſtꝝ ·Ep̄i vero
ab eo ſūt iudicādi qui eos ſibi ocu=
los elegit·Nā a ſbditis aut praue
vite homib9 nō ſūt accuſādi vel la=
cerādi aut arguendi·et infra·Ne=
mo bonū faciens alteri aut verbo ā
facto nocere vult·quanto minus in
ſuſpicōe debet venīē fidelis homo vt
dicat aut faciat ea q̄ pati non vult
qꝛ oīs ſuſpicō potius ē repellenda
quam approbanda vel recipiēda·
¶ Ipſa autem detractio licet ex vi
cio ſit detrahentiū tñ ex iuſto dei iu=
dicō nōnūꝙ̄ aduerſus bonos exci=
tatur·ut quos vel domeſtica p̄ſump
cō vel alioꝝ fauor i altū extulerat
detractio humiliet· ¶ Vñ ambroſi9
Ne quis de ſe p̄ſūmat lingue malo
rum ex dei precepto contra eum ex
citantur
Imitare petꝝ tercio
dicentem dñe tu ſcis qꝛ amo
te·Etenī qꝛ tercio negauerat·ter=
cio cōfitetur·ſed negauit in nocte·
ꝯfitetur in die·Hec aūt ideo dcā ſūt
vt ſciam9 neminē ſe debere iactare
nam et ſi petrus lapſus eſt qꝛ dixit
et ſi alij ſcandalizati fuerit in te ſed
non ego· quis alius iure de ſe preſu
mat·Demqꝫ dauid quia dixerat e
go dixi in habūdātia mea nō mo=
uebor ineternū·eā ſibi iactātiā obfu
iſſe ꝯfitetur dicens· Auertiſti faciem
tuam a me et factus ſū ꝯturbatus·
¶ Itē gḡ· vt boni ſaluber huīli
ētur ligūe maloꝝ ꝯt̄ eos inſurgūt·
Sunt plurimi qui vitā bonoꝝ
fortaſſe amplius quā debent
laudant · et ne qua elatio de laude

¶ Tercō ·h̄ vi
det̄ ꝙ totiēſ pñiaꝫ
faciā quotiēs cō=
mitto fornicacōeꝫ
etiam cū eadem
muliere ꝛ ꝙ q̄i ꝓ
diūſis delictis ſit
michi indicenda
pñia vt de pe·di·
·v·cōſideret·ꝛ de
pe·di·i·mēſuram·
Itē ſi poſt p̄mam
fornicacōꝫ qs pe
nitet iniūgitur ei
pñia ſi ſcdo acce=
dit ad eandē ſcdo
ei iniūgitur pñia
gͦ talis erit melio
ris ꝯdicōnis ſi nō
peniteat a pñci=
pio quā ſi penitꝫ
poſtea Itē ſi ſcdo
accedit ad aliam
mulierē eq̄le pec
catū ꝯmittit ſic ſi
ſcdo acceder ꝫ ad
p̄orē ſꝫ ꝓ illo ſcdo
pecc̄o qd facit cuꝫ
altera noua pñia
ſibi indicitur ergo
et noua penitētia
indicenda eſt ſibi
ſi ad eādeꝫ denuo
accedit cū par ſit
pecc̄m et h̄ ꝯcedi
p̄t·licet ſm legeſ
qui ſepius rem ꝯ
tractet non omit
tit diuerſa furta·
·ff·de fur· ei qui·

¶ Petrus·ar·a
maiori·ſimile·xx
xij·q·v·ſi paul9·
¶ In habūdan
tia id eſt cōfiden=
tia bonitatis mee
Sunt·laudāt·
ſꝫ ē veniale
peccatū·xxv·di·
crimis·ſꝫ q̄ cōm=
dāt mortalia vi=
cia mortalit̄ pec
cant·xlvi·di ·ſūt
non nulli·

a ¶ Inter infami
am id eſt quidam
decipientes dice-
bant eos veraces
ꝗdam nō· xli·di·ñ
dixit dñs·
d ¶ Verum ·hac
auc̄te·ſcʒ·s·e·o-
ues ħ ſūt v̄ba eiu
ſdem pij·et ɔtinu
antur illi·c·oues·
c ¶ Scriptū·in yſaia·
E x merito·
depuantur·
id eſt ꝑui epi cō-
ſtituūtur·non eñ
ꝓpt̄ aliorū merita
efficiūtur mali ſʒ
mali ꝓpter malo
rū merita p̄lati fi-
unt·viij·q·i·au-
dacter·
e ¶ Cadant·q: ɔ
ponitur orbis ad
regis exēplū·ar·
·xi·q·iij·p̄cipue·
f ¶ Deteriores·
peiꝰ ē ꝑſuadē quā
facē ut·ff·de ſuo
corrup·l·i·§·pe-
ſuadere·ꝛ·l·ut tā
tū·et·lxxxvi·di·tā
ta·
g ¶ Audiat·ſic ꝗ̄·
xi·q·iij·non ſoluʒ
ille·
h ¶ Cōnquꝙ·ſcʒ p de
tractores·ne ſit ɔ
tra·s·v·q·v·non
vos·vl' dic p eos·
·i·p curioſos·vñ
iuuenal'·ſcire vo-
lūt ſecreta domꝰ
atqʒ inde timeri·
S ūmma·de-
trahē·s·di·
xlvi·accuſatores
fratrum·
k ¶ Et accuſare·
·s·ij·q·vij·ſi quis
ep̄us·de pe·di·i·
homicidiorū·
I nfames·cō
tēnūt·ſi·xix
di·nulli·
m ¶ Crimib9·ex
ħ·c·patʒ ꝙ oīne
crimen infamet
ſm canones et·s·
·e·omnes·ꝛ·c·ſe
quēti Itē ex ħ·c·
vidr̄ ꝙ oīne cri-
men ſit publicum
ſm canones·
n ¶ De bellis pu-
blicis· tales ſunt
rei leſe maieſtatiſ
ut·ff·ad·l·iul'·
ma·l·iij·et capite
pūientꝫ ñ qñ dñm
defendē non pote
runt·ut·ff·de re
mili·l·oīne·§·qui
in acie·
o ¶ Petūt·ambi
cōſe·ut·s·i·q·vi·
ſicut·
p ¶ Ad iracūdiā·
ex̄ de homicid̄·ſic
dignū·§·illi vo·

ſubrepat·ꝑmittit oīnipotens deus
malos in obtrectacōnē et obiurga
tōnem ꝓrumpe·ut ſi qua culpa ab
ore laudantium i corde naſcitur ab
ore vitupantiū ſuffocetur·Hinc ē
et q̇d doctor genciū ſe in p̄dicacōe
currere teſtatur inter infamiā ꝛ bo
nā famā q̇ et dicit vt ſeductoreſ ꝛ
veraces·¶ Verꝫ hac auctoritate ꝓ
hibentur ſpūales a carnalibus ac-
cuſari·nō carnales a ſpiritualibus
q̇d ex verbis eiuſdē datur intelligi
quibꝰ in eodē capitulo ſubiūxit di-
cēs·capite langueſcente facilꝰ re-
liqua mēbra inficiūtur·ſicut ſcp̄tū
ē oīne caput lāguidū ꝛ oīne cor me
rens a plāta pedis vſqʒ ad verticeʒ
non eſt in eo ſanitas·qua ꝓpter ma-
nifeſtū eſt diabolū qui ſicut leo ru-
giens circuit querēs quē devoret·
cordibꝰ plebiū ſuadē vt doctoribꝰ
atqʒ paſtoribꝰ ſuis detractōes irro
gēt vel accuſēt vt plebes lāgueſcē
tes nō tenētib9 paſtoribꝰ frena eo
rū laſciuiāt atqʒ i ima ruant vt ſal-
tē ſic periclitari poſſint·Multū vo
dāna morū a dānis rerꝫ tpaliū di-
ſtāt cū iſta extra nos ſint illa vo in
nobis ſint·et infra·peius malū fore
nō extimo ꝙ xp̄ianos·ſuis inuidere
ſacdotibꝰ·¶ Hinc felix papa·ij·ait

Deo rc̄e famulātes ꝑſequi nō licꝫ·

O Vieſcite inquit ſancta ſino-
dus nicena et nolite perſequi
eos qui recte deo famulātur et ſin-
cera volūtate ſupna dei mādata cu
ſtodiūt et nr̄is legibꝰ ſubiugātur·
q2 nō decet vt carnales ſpūales per
ſequātur·¶ Item anterius papa·

Subditi ſuos p̄latos accuſare non debēt·

E x mēito plebis
nōnūꝙ epi dep̄uāt quatinus
ꝓcliuiꝰ cadāt qui ſequūtur·Capi-
te lāgueſcēte cetera corpis mēbra
inficiūtur·Deteriores ſūt qui vitā
moreſqʒ bonorꝫ corrūpūt ꝙ hij qui
ſubſtātias aliorꝫ p̄diaqʒ diripiunt·
Caueat itaqʒ vnuſquiſqʒ ne aut lin
guā aut aures habeat prurientes
id ē ne q̇ alijs ip̄e detrahat q̇ alios
detrahentes audiat· ſedens inquit
ꝯ̄ꝑeta adūſus fratrē tuū loq̄baris
detrahēdo et adūſus filiuʒ mr̄is tue
ponebas ſcādalū ꝛc̄·Parcāt ſingu
li detc̄tioni ligue cuſtodiātqʒ ſmo
neſ ſuos ſciātqʒ q2 cūcta q̄ d alijs lo
quūtur ſua ſnīa iudicabūt·Nemo
inuito auditori libenter refert·Of-
ficium ſingulorum ſit dilectiſſimi ñ
ſolum oculos caſtos ſeruare ſʒ ꝛ li-
guā·nec q̇d in cuiuſꝙ domo agat
alia domus unquā p eos nouēit·ha

beāt oīnes ſimplicitatē columbe nec
cuiꝙ machinetur dolos et ſerpētis
auſtuciā ne aliorū ſupplantētur inſi
dijs ¶ Itē luciꝰ papa Bonus no

S Apiēs nō cere non cupit
eſt omnis qui nocet ¶ Item
anacletꝰ papa Raptoribꝰ deterio

D res epoꝝ ſunt detractores
Eteriores ſūt qui doctoꝝ vi-
tā moreſqʒ corrūpūt ꝙ qui ſubſtan
tias aliorum p̄diaqʒ diripiunt·Ipſi
enim ea que extra nos ſunt licet no
ſtra ſint auferūt·nr̄i qʒ detractores
et morꝝ corruptores nr̄orꝝ ſiue qui
aduerſum nos armant ꝓprie noſip-
ſos decipiunt et ideo iuſte infames
ſūt ꝛ merito ab ecc̄ia extorres ſiūt·
Pro meritis ergo plebis ſepe pa-
ſtores deprauantur ecc̄ie ut ꝓcliui
us corruant qui ſequuntur ¶ Iteꝫ

S alexander De eodem
Vmma iniquitas ē detrahere
fratres et accuſare·Vñ ſcriptū eſt
Omis q̇ detrahit fratri ſuo homici-
da ē ꝛ oīnis homicida nō hʒ p̄tē i re
gno xp̄i ꝛ dei ¶ Patʒ g̊ ut p̄miſſū
eſt ꝙ carnales ꝓhibentur ab accu
ſatōe ſpūalium·non ſpūales ab ac-
cuſatōne carnalium Cū itaqʒ crīmi-
noſi et infames ab accuſatōibus ꝓ
hibeantur videndum eſt quos cano
nū ſacra auctoritas infames appel
let ¶ Vnde ſtephanus romane ec-
cleſie epiſcopus ilario ſcribit dicēs

Que pſone infames habeantur

I Nfames eſſe eas perſonas di
cimus que ꝑ aliqua culpa no
tantur infamia·id eſt omnes q̇ cri
ſtiane legis normā abiciūt et ſta-
tuta ecc̄iaſtica ɔtēnunt·ſimiliter fu
res ſacrilegos ꝛ oīnes capitalibus
criminibꝰ irretitos·Sepulchrorū
qʒ violatores ꝛ omnes qui adūſus
patres armātur qui in omni mundo
infamia notantur·ſimiliter et ince-
ſtuoſos·homicidas·periuros rapto
res maleficos·veneficos·adulteros
de bellis publicis fugientes et qui i
digna ſibi petunt loca tenere et qui
facultates ecc̄ie auferunt iniuſte et
qui fratres calūniantur q̇ accuſant
et nō ꝓbant·ꝛ qui cōtra innocētes
principū animū ad iracūdiam ꝓuo
cāt·ꝛ oīnes anathematizatos vel ꝑ
ſuis ſceleribꝰ ab ecc̄ia repulſos·et
omnes quos eccleſiaſtice vel ſeculi
leges infames ꝓnūciāt·hij nimirū
omnes nec etiā ſerui añ libertatē le
gitimaꝫ nec penitentes nec bigami
nec illi q̇ curie deſeruiūt vel qui non
ſunt integri corpore· aut ſanam nō
hn̄t mētē vel intellectum q̇ ſanctoꝝ

q ¶ Prouocant·
id ē delatores vt·
·v·q·vl·delatori·
r ¶ Anathemati
zatos·s·iij·q·v·ɔ
ſtituimus·
s ¶ Legitiam·id
eſt plenam·aliter
eñ nō ꝓmouentꝫ
nec aliquē pn̄t ac-
cuſare vt·ꝗ̄·ſeq̄tur
t ¶ Curie·lxiij·di·
·c·i·et·ij·
u ¶ Mētē· vt fu
rioſi
x ¶ Manifeſtāt·
s·xxxiij di·maritū
O Vicūqʒ·ſep-
tem·xxij·q·
·iiij·qui ꝓ ſacro·
ɔtra·ſolutō ibi
z ¶ Sine pnīa· in
teriori·ſi·l·di·cle
a ¶ Teſtio- rico
niū·ec̄ poſt pniam
pactā vt·ꝗ̄·xxij·q·
·v·puuli·et ħ eſt
verū in teſtib9·ſe-
cus vid̄r in accuſa
tore vt·xxij·q·v·
ſi quis cōuictus
b ¶ Recipiatꝫ·a
libi d̄r ꝙ iuramen
tū habet ſolū deū
ultorē vt·C·de re
b9 cre·l·ij·nō g̊ in
currit infamiā·It
alibi legitꝫ ꝙ piu
riū continetur ſub
crimie ſtellionatꝰ
vt·ff·de cri·ſtell'·
·l·vl·ſʒ crimē ſtel
lionatus non infa
mat vt·ff·de cri·
ſtell'·l·ij· g̊ nec p
iuriū·ſo·vbi nō ca
dit iurāmētū in p̄
iudiciū alicuius ſo
lū deū habē d̄r vl
torē·dicūt aūt q̇-
dam ꝙ ſi iuramen
tū eſt de futuro ſp
infamat·q2 ibi frā
gitur fides deo et
hōi·ſecus ſi ē de p
ſēti vel de p̄tēito
ut·C·de trāſac·ſi
q̇s maior·alij·di-
cūt ꝙ iuramtū q̇d
interuenit in ɔtra
c̄tib9 nō infamat·
ſecus in iuramēto
q̇d fit in iudicijs·
ħ eſt c̄tū ꝙ omne
iuramētū infamat
canonica infamia
vtrū aūt temera-
riū iuramētum re
pellat a legitimis
actib9 dixi·lxxxv·
di·florentinum
N Os ſequen-
tes· Sed lʒ·
infert·ex p̄dictis·
b ¶ Ad hm̄oi·id
eſt ſimonie·
c ¶ Maiores·vt
·ij·q·vij·p totum
O Vero·neſci-
ens·ille eſt

ignorãter heretı̃cꝰ q̃ ſeqt᷑ opionē quã putat verorē·xxiiij·q·iij·heresis·
a ¶ Scđm illã·de pe·di·ij·ſciendũ·
b ¶ Vincit·vide qualiter argumẽtatur·licꝫ eñ pec catũ ſit maiꝰ pcõ tñ qr hic ſcia ĩpo nitur ignorantie facta opẽſatione ſciẽter peccãs p̃t cõpari ignorãter peccãti·ſimilis cõ pẽſacõ·xix·di·in canonicis·ꝙ autẽ mĩꝰ ſit pccm̃ ignorãtis q̃ ſcientis habes·xxxij·q·vij·quẽadmodũ·qñqꝫ vidr̃ plꝰ peccare ignoranter peccans quam ſcienter·vt·xxiiij·q·i·ſciſma·qñqꝫ parificãt̃ vt h̃
c ¶ Precipitaẽ·g·tñ in ſimili qõ ne p̃cipitat ſniam·ij·q·vij·§ h̃ qrĩtur·et vrbanꝰ eã hẽ vidr̃ ſoluẽ·xij·q·i·ſcimus·
d ¶ Verũ·h·g·rñdet illi·c·q̃ro·ꝛ illi·§·h̃ licet·i qbꝫ ꝓbauerat iſames admittendos cõt̃ hereticos ꝛ ita õẽ ſimoniacũ·et eiꝰ ſo·durat vſqꝫ ad·§·hec licet rõne·et ibi incipit ſolucõeꝫ ſua impugñre
e ¶ Cõſtat·ſi cõſtat ꝙ non ẽ necẽarius accuſator·ex pone ꝙ cõſtat·id ẽ tale ẽ crimen qđ cõſtat eſſe hereſim vel dic ꝙ cõſtat p famaꝫ quia ſũt male fame·
f ¶ Apparens·h̃ ſolucõ canonica ẽ qr̃ ocordat gregorio·ij·q·i·in p̃mis·et impugnacõ quã ponit in ſe quẽti·§·allegando ponitur·
g ¶ Tractauẽit·ſic ſupple in ſimonia nõ ẽ querẽduꝫ an ſimonia ſit hẽſis·iſte eñ eps̃ negauit ſimoniã eẽ ſe hereſim ꝛ male vt i·q·vij·ptꝫ·et ſic ocludit in ſi·
h ¶ Si qs·p̃uaſtis·ncta mi lites nõ dici p̃uatos·vt xxiiij·q·i·qui cõtra·
i ¶ Volũtate·nota punitur h̃ ſola

decretis patꝝ inobediẽtes exiſtũt aut furioſi manifeſtantur·hij omes inquã nec ad ſacros gradus debẽt ꝓuehi·nec iſti nec liberti nec ſuſpecti neqꝫ rectã fidẽ vel dignã õuerſacõnẽ nõ habẽtes ſũmos ſacerdotes poſſunt accuſare·¶ Itẽ fabianus papa· Infamis efficit̃ q̃ ſciẽs deierare p̃ſumit

Quicũqꝫ ſciens ſe piurauerit quadraginta dies in pane et aqua et ſeptẽ ſequẽtes annos peniteat et nunq̃ ſit ſine penitẽtia et nũq̃ in teſtimoniũ recipiatur·õmunionẽ tñ poſt h̃ pcipiat·¶ Itẽ euſebiꝰ pp̃ Accuſacões et p̃ſonas quas leges ſeculi admitũt ecc̃iaſtice quoqꝫ expellunt·

Nos ſequẽtes patꝝ veſtigia p ſaluacõe ſeruoꝝ dei quaſcunqꝫ ad accuſacõnẽ p̃ſonas leges publice non admittũt·hijs impugnãdi alteꝝ et nos licentiam ſbmouemus et nulle accuſacões a iudicibꝰ audiãtur ecc̃iaſticis q̃ legibꝰ ſeculi ꝓhibentur·¶ Sed licet infames ab accuſacõe epoꝝ ꝓhibeãtur·tñ ñ iſti ab hmõi accuſacõne ꝓhibendi ſunt·hereticos nãqꝫ accuſare infamibus nõ ꝓhibetur vt ſupra patuit in ea cauſa vbi de accuſacõne minorũ a duerſus maiores diſputatũ ẽ·Itẽ cũ maiores ſciẽtia et moribꝰ a minoribꝰ accuſari ꝓhibeantur·nõ equales ab equalibꝰ aut minores a maioribꝰ ab hmõi accuſacõibus nõ ſũt ꝓhibẽdi·cũ hẽticꝰ catholico minor ſit·ſed hoc an generalit̃ accipiẽdũ ſit auguſtinꝰ ñ diffinit dicẽs

Dubiũ eſt an ſciẽs auarus aut neſciens hereticus grauius peccet·

Quero ergo quis peccet grauius an qui neſciẽs hereſim incurrit an q̃ ſciẽs ab auaricia id ẽ idolatria nõ receſſerit·ſcđm illã regulã qua peccata ſciẽtiũ pccĩs ignorãtiũ ĩponũtur auaꝝ õſciẽtia vincit in ſcelere·Sed ſi forte h̃ faciat i hereſi ipius ſceleris magñtudo quod faciat in auariciã ſciẽtis admiſſio·hereticꝰ neſciẽs auaro ſcienti coeq̃tur·Itẽ vtꝝ catholicũ peſſimiſ moribꝰ alicui heretico in cuius vita p̃ẽ id ꝙ hẽticus eſt nõ inueniũt homines qđ rep̃hendẽ valeãt ĩponẽ debeamus nõ audeo p̃cipitare ſententiã ¶ Verum hoc auguſtini et illud de infamiũ accuſacõe de hijs intelligẽdum eſt quos õſtat eſſe hereticos non de hijs qui ſe negãt in hereſim lapſos·hic aũt religioſus in omibꝰ apparẽs dũ ſe negat heretice õmũionis aliqñ macula infectũ·infames

atqꝫ alios hmõi a ſua accuſacõne ipe repellit·¶ Hec licet racõe niti videantur exemplo tñ leſe maieſtatis vana intelliguntur·ad cuiꝰ accuſacõneꝫ dũ ſocius inite factiõis admittitur non queritur an cogitare õtra animã pricipis ſit maieſtatem ledere ſꝫ an aliquis de nece eiꝰ tractauerit·¶ Vnde imperator·honorius et archadius in nouo libo codicis titulo ad legem iuliam maieſtatis ſcripſiſſe leguntur·

Si quis cũ militibꝰ vel priuatis barbaris etiam celeſtem inierit factionem aut factionis ipius ſuſceperit ſacramẽtũ vel dederit·De nece etiã illuſtrium viroꝝ qui conſilijs et conſiſtorio noſtro interſunt ſenatorum etiã nã ꝛ ipi pars noſtri corporis ſũt vel cuiuſlibet poſtremo q̃ nobis militat cogitauerit·eadẽ eñ ſeueritate voluntatem ſceleris qua effectum puniri iura voluerunt·ipſe quidem vtpote maieſtatis reꝰ gladio ferietur bonis omibꝰ fiſco noſtro addictis·filij vero eius quibus vitam impatoria ſpecialiter lenitate concedimus·Paterno enim debent punire ſupplicio in quibus paterni hoc eſt hereditarij criminis exempla metuuntur et a ſucceſſione omniũ ꝓximoꝝ habeantur alieni·teſtamẽtis extraneorum nil capiãt ſint ꝑpetuo egentes et pauperes·infamia eos ſemper paterna comittetur·ad nullos nunq̃ honores nulla prorſus ſacramẽta perueniat·ſint poſtremo tales vt hijs perpetua egeſtate ſordẽtibus ſit et mors ſolacium et vite ſupplicium·Deniqꝫ iubemus et infamia eſſe ſine venia notabiles qui ꝓ tabilibꝰ vnq̃ apđ noſ interuenire tẽptauerint·Sane etiã ex hijs ſi quis in exordio inite factionis ſtudio vere laudis accenſus ipſe prodiderit factionem et premio et honore a nobis donabitur·Is vero qui vſus fuerit factiõe ſi ſero tamen incognita adhuc conciliorum archana patefecerit abſolutiõe tãtũ ac venia dignꝰ habebit̃·¶ Porro ſimonie accuſatio ad inſtar publici criminis leſeqꝫ maieſtatis procedere debet ſicut leo imperator primo libro codicis decreuiſſe legitur titulo de clericis et epiſcopis lege ſi quenquam procedere debet·quod de accuſatione non de pena intelligi oportet· Vnde imperatores val·valẽtinus ꝛ gratianus libro·ix·codicis titulo ad legem iuliam leſe maieſtatis·

voluntas·et·xix·di·nulli·xxij·di·oẽs·qr in maleficijs volũtas ſpectatur non exitus·ff·ad·l·cor·đ ſic·diuꝰ ar·oẽ·xxxij·di·erubeſcant·de pe·di·i·cogitacõnis·xxxij·q·v·xp̃iana·ſo·regłarit̃ volũtas nõ punitur ñ ad aliquem actum ꝓcedat·
k ¶ Fiſco·idẽ ẽ in crimie hẽſis ut ex de hẽti·v̄gẽtis·alias bona damnatorũ regłarit̃ reſeruãt̃·filijs·ut·C·de bo·damna·auten·bona·
l ¶ Filij vo·i poteſtate õſtituti·ſi eñ poſtea eos emãcipaſſet nõ valẽt ut·C·e·l·ꝓpedi tur·ar·ff·de boñ·damna·l·ul·§·ex libris·filij itaqꝫ emãcipati non patiũtur hãc penã·dicũt tñ quidã ꝙ hec pena ſpectat ad filios poſtea natos nõ ad iam natos ſꝫ lrã eis cõtradicit·
m ¶ Metuũt᷑·ſepe ſolet filiꝰ ſimilis eſſe p̃ri·ꝛ ſeqt᷑ leuiter filia m̃ris iter·lvi·di·ſi gẽs·vñ qui emit mãcipia de origine eorũ q̃rit·ut·ff·de edil·edic·ꝙ ſi nolit·§·q̃ mãcipia·
n ¶ Et vita·ſic·s·lxxiiij·di·quorundam·
o ¶ Interuenire·ſic·s·l·di·miror·
p ¶ Interuenire·nota ꝙ qñqꝫ ꝓhibet᷑ ſupplicari ꝓ aliquo ut·de pe·di·i·ꝓdixẽat·ꝛ ex de hẽti·ad obolẽdam·C·đ traſac·ſi quis maior·
q ¶ Porro·h̃ ponit aſſumpcõnem ar·ſui·p̃miſit eñ p̃mo ꝓpoſicõnem
r ¶ Pena·i crimine enim ſimonie õuictꝰ deponitur ut·xv·q·iij·ſane·ſꝫ h̃ capite p̃uitur qualiter iſti pariſicẽtur notaui·xv·q·i·ij·ſane·ſꝫ nũ qđ ordiatꝰ ſimõiace p̃t ordiatorẽ ſuũ õuĩcire đ h̃ cũ accuſatores õſequãt̃ p̃miũ·ñ credo·licet dicat᷑ h̃ ꝙ oẽ·s ac cuſatores ad...antur

Nullus omnino cui incõſultis ac neſcientibꝫ nobis fidicularū tormēta offerunt̃ milicie aut generis ꝗ̄ dignitatis defenſione uti ꝓhibeatur· excepta maieſtatis cauſa in qua ſola omnibus equa cõditio eſt ¶ Sed cum omnes illi aſſumuntur accuſatōne ſimonie qui poſſunt accuſare ꝺ crimine maieſtatis· cõſtat ꝙ ſicut ibi non dubitatur de crimine maieſtatis ſed an reus commiſerit illꝺ ſic et hic non denegatur hereſis ſed impetitur accuſatus an commiſerit heresim

Q II

Quod autem querit̃ ſi accuſatus epũs in accuſatorem accuſationem vertere voluerit an ſue ſimplici aſſertōi fides ſit adhibēda facile ſoluit̃ ſi ſãctoꝝ patꝝ auc̃tas diligenter inſpiciatur Ut enim ſancti pr̃es diffiniunt nullius ꝑſone quãtum libet exercitate confeſſioni fides eſt adhibenda niſi cõpetentes ꝓbationes adhibeat ¶ Unde in concilio carthaginenſi· iiij· legitur

Epũs crimẽ alicui obiciẽs in ſinodo ꝓbet quod obicit

Episcopus ſi clerico vel laico crimẽ impoſuerit deducatur ad ꝓbatōem in ſinodū ¶ Sed obicitur illud· ſi ſe ſolū alieni ſceleris ꝯſciū nouit et ꝓbare illud teſtibus non valet quid ergo ſibi tūc faciēdū ſit· ex cõcilio vareñ ſic diffinitur

Epũs non profe rat quod probare nõ poteſt

Si tñ eps alieni ſceleris ſe cõſciū nouerit ꝗ̄diu ꝓbare nõ p̃t nil ꝓferat ſʒ cū ipo ad ꝯpunc̃tōnem eius ſecretis correc̃tōibꝫ elaboret· qꝺ ſi forte correc̃tꝰ ꝑtinacior fuerit ⁊ ſe ꝯmuniōi publice ingeſſerit etiam ſi epũs in redarguēdo illū quem reum iudicat in ꝓbatōne deficiat indemnatus licet hijs qui nichil ſciunt ſecedē ad tpus ꝑ maioris perſone auc̃toritate iubeatur· ille tñ ꝗ̄diu nil ꝓbare poteſt in ꝯmunione omnium preterꝗ̄ eius qui eū reū iudicat permanebit ¶ Item ex con· africano

De episcopo qui ſibi dicit aliquem crimen ſuum fuiſſe confeſſum

Placuit ut ſi qñ epũs dicit aliquẽ ſibi ſoli ꝓpriū c̃men fuiſſe ꝯfeſſum atʒ ille neget non putet ad iniuriã ſuã epũs pertinere qꝺ illi ſoli nõ creditur ⁊ ſi ſcrupulo ꝓprie cõſciētie ſe dicit negãti nolle ꝯmūicare ꝗ̄diu excõmūicato non ꝯmūicauerit ſuus epũs tam diu eidem epo ab alijs nõ ꝯmūicetur epis· ut magis caueat epũs ne dicat in aliquẽ qꝺ alijs documētis ꝯmūicere nõ p̃t

Q III

Iudicium vero archiepiſcopi alterius prouintie alicui expetere non licet ¶ Unde greg·

Alterius ꝓchianum alicui iudicare non licet

Scriptū eſt in lege ꝑ alienã meſſem trãſiens in eam falcem mittere nõ debes· ſed manu ſpicas cõterere et mãducare falcẽ enim iudicij mittere nõ debes in eam ſegetem q̃ alteri videtur cõmiſſa· ſʒ ꝑ affec̃tū boni opis frumenta dñica viciorū ſuorū expoliaȓ paleis et in ecc̃ie corpus admonendo et ꝑſuadēdo quaſi mãdendo conuertere ¶ Itẽ pelagius papa omnibꝫ episcopis

Quot ciuitate vnaqueqꝫ ꝓuĩcia habeat

Scitote certã ꝓuinciã eſſe q̃ habet decẽ aut nouẽ ciuitates ⁊ vnum regẽ et totidẽ poteſtates minores ſub ſe ⁊ vnū metropolitanum alioſqꝫ ſuffraganeos decẽ vel vndecim epos iudices ad quorū iudiciū omnes cauſe epoꝝ et reliquorū ſac̃dotū ac ciuitatū referãtur ut ab hijs omībꝫ iuſte cõſona voce diſcernatur niſi ad maiorẽ auc̃tatem fuerit ab hijs qui iudicãdi ſunt appellatum· vnde non oportet ut degradetur vel dehonoretur vnaqueqꝫ ꝓuincia· ſed apud ſemetipſam habeat iudices ſac̃dotes

---

Nullus· fidicularum· id ẽ cordarꝫ· que ligantur circa frontem hoīs et ſtringitur caput ꝑ eas· et ẽ fidis idẽ ꝙ corda· ut ibi· me fide ꝑſpicuus trope munitor amauit·

b ¶ Militie· C· de qõ· milites· c ¶ Vel gñis· C· de peñ· decurionū·

d ¶ Aut dignitatis· C· de qõ· decuriões e ¶ Excepta· vbi nullus p̃t ſe excuſare aliquo priuilegio

Queſtio ſecūda

Quod aut· nunꝗ̄ ſoli epiſcopo creditur ut· iij· q· iij· iuriſiurandi· nec tenet lex· xi· q· i· quicunqꝫ·

Episcopꝰ· vel laico· ſʒ hu;ic· c· ẽ ꝯr· x· q· i· experientie· et· c· ſi q̃s cū clerico· ſʒ qꝺ hꝰ dꝫ intelligas de eccleſiaſticis crimīꝫ· p̃t tñ clericus iudicare de omni crimīe quantū ad iniūgēdam pniam· s· e· q· i· illi q̃· et· xxij· q· i· p̃dicandū· ⁊ ex̃ de iuꝺ· nouit· vel loquit̃ ſm tēpa apl̃orum qñ omnes cauſe deferebantur ad eccleſiam ut· xi· q· i· relatum

h ¶ Sinodū· id ẽ cõuentū clericorū qui ꝯciliū appellatur· xij· q· ij· placuit· et· c· eps· ij· qui ſine eorum preſentia non debet cãs audire· xv· q· vij· epũs nullus· et hꝰ intelligo de criminali negocio· ſed in ciuili cã eligãtur arbitri· ut· xi· q· i· ſi clericus

Si tñ· hꝰ duo· c· intelligit ꝗ̄ h· ꝺ occulto peccatore· dicit enĩ ꝙ ſi ſcio aliquem eſſe in mortali pccõ licet ſit occultū deo ipm vitare occulte ſed non publice· nec poſſum eū de hoc accuſare cū non habeam teſtes ſʒ illuꝺ ẽ ꝑdurū ut hoīem quẽ ſciam peccõrem deo vitare et ẽ illuꝺ ꝯr· ij· q· i· multi· ſed tu ponas caſū ſic· aliq̃s epũs ſcit ſolus aliquem incidiſſe in canonem corrigere debꝫ eū ꝑuate· et ſi corrigibilis ſit· priuate vitabit eum non publice· ne ſit proditor criminis· ut extra de ſen· ex· cū nõ ab homine· in ſñ· k ¶ Proferat· accuſãdo publice

l ¶ Indẽnatus· ſic ordia lr̃am· ille tñ indẽnatus id eſt non demnatus in cõione oim ꝑmanebit

m ¶ Licet hijs· id ẽ ꝗ̄tū= n ¶ Ad tpus· id ẽ dū eſt in peccato

o ¶ Iubeatur· iubẽ enim p̃t p̃latus aliquem ut abſtineat a ſua ꝑpua· ſ;ta cõione vel etiã a cõione ſacramētorum quia in ſecreto poteſt precipe talia hoībꝫ peccantibꝫ· xxiij· di· habuiſſe tñ ꝑ ſñiam non p̃t quis aliquẽ ſecreto ſepare a ꝑticipatōne ſacroꝝ· vel etiã ſuſpendẽ· p̃t etiã quis ſcit cū aliquẽ crimīnoſum ſuo p̃lato dicẽ ut ipm corrigat· xxij· q· v· hꝰ videt̃· vel expone iubeatur· id ẽ moneatur ſic· xxxi· q· i· hac rõne· ſm p̃miſſa patꝫ ꝙ nõ obſtat· ij· de ꝯſe· di· ij· non ꝓhibeat· xciij· di· ſi inimicus· vij· q· i· ſcire· et· xi· q· iij· q uibꝫ epi vbi dꝫ qui bus epi non cõicant nec nos cõicare debemꝰ q: illa· c· de publice excõmunicatis loquuntur

Placuit· ſibi ſoli· nõ tãꝗ̄ deo ne ſit ꝯr̃ ꝺ pe· di· vi· ſac̃dos q̃· xi· q· i· q̃cūqꝫ· ꝯtra· ſʒ illuꝺ nõ tenet· ſic ergo dicto ſolius epi non credit̃ nec etiam ſcripto niſi aſſit ſubſcriptō ut extra de teſti· cū a nobis· ñ hꝰ habeat ꝯſuetudo ex̃ de ſi· inſtru· cū dilectus nam lr̃is ſuis credit̃ q̃bus ſigit ſe aliquem excõicaſſe ut· xi· q· iij· cure

q ¶ Excõicato· id ẽ quem dicit excõicatum

r ¶ Non cõicetꝰ· ecce pena illiꝰ q̃ iniuſte vitat aliquem ſic· s· ij· q· i· nemo

Nõ· iij·

Iudicium· nulli lʒ habere iudicem alterius prouincie niſi per appellatōem ut· iij· q· vi· non liceat

Scriptum ẽ· mittẽ· nec ordiare nec aliq̃ ſacra dare p̃t in alterius ep̃atu· ix· q· ij· c· i· et· ij· ſecꝰ de ꝓcõſulibꝫ q̃ inſignia ſua ex̃ ꝓuinciã ferūt et voluntariam iuriſdictionẽ exercẽt· ff· de offi· proꝯſul· l· i· et· ij·

u ¶ Ammonẽdo· non tñ publice diſ predicãdo tanquã ius in eius hñs· ix· xi· di· hortamur· ⁊· ix· q· ij· ep̃m· ar· x iij· q· i· c· i· et· xvi· q· i· interdicimꝰ· ſʒ ſine ſolemnitate ad bonū monendo qꝺ q̃libet p̃t facẽ et etiã monachus· xvi· q· i· c· i· et· c· qꝛ iuxta· ſm aliquos p̃nt p̃dicare tñ non ꝯcitando turbam· xvi· q· iij· placuit· ij· qꝛ illud nõ ꝯſiſtit in ꝯtentioſa iuriſdictōne· nec refert quis p̃dicet· ſʒ que p̃dicet· xix· di· ſcꝺm· Io· coram· xij· epis ẽ tractãda· xv· q· vij· ſi q̃s tumidus

Scitote· epos· hꝰ ideo ẽ ſtatutū qꝛ cã epi

y ¶ Omnes· ar· archidiaconos non eſſe iudices

s ¶ Scꝺm ordines· q̃ medio p̃termiſſo nõ ẽ ad ſupiorẽ eūdum· ut· ij· q· vi· anteriorū· et· c· decreto· ⁊· q· vij· metropolitanum· ſic eſt ar· ꝙ

emiſſio archidiacono nō ītur ad cp̄m ar·ɔ̄r·ex̄ de offi·archid·c·i· et xviij·q·ij·cognouim⁹·ar ·ɔ̄r·ex̄ de p̄ben·referēte·de hoc hēs·xxi·di·

a Ab ex̄neis·ḡ metropolitanus ē ex̄ne⁹ iudex nō ḡ plectis.

D ē iudex ꝓuincie·quid iuris ſit quere·ix·q·iij·c·ij·

Deniqȝ·vel infirmitate·vel malicia plebis vel defcū ſcie vel irregularitate vt ex̄ de renunc̄·niſi cū pridem·

c Reſtituat²·ſ; nōne debuit p̄dere locū ſuum q̄ ſpōtanee· R̄ndi t corā ex̄ordinario iudice·xi·q·i·placuit ⁊·iij·q·vi·n̄ liceat·ſ; dic q̄ papa pepcit ei·et ē ꝫ ar·de illicita renūtiacōe q̄ nō teneat ſi fiat ignorāte p̄lato ſuo·vl' ſi fiat in manu alterius xvij·q·i·cō ſaldus·ex̄ de renūci·admonet·ff·de offi·p̄ſid·legat⁹·ſ; cōtra·q̄ɀ tacite etiā q̄s renūciat iuri ſuo·ex̄ d̄ hijs q̄ fi·a ma·p̄te ca·ex ore·et vij·q·i·c·eos·et ex̄ de renūci·qd̄ in dubijs et·xxxij·q·i·de benedicto·et·vij·q·i·q̄ piculoſū·di/co q̄ ip̄e non p̄t repetē q̄ɀ renunciacō tenet quantū ad ip̄m·ſ; eccia p̄t eū repetē vt·vij·q·i·non oportet et·c·eos·vel dic q̄ renuntiare p̄t hijs que ſpectant ad honorē·nō em̄ p̄t ſubditus abdicare a ſe iuriſdic-tionē ſui ep̄i vt ex̄ de ſo·ope·ſi diligenti·io·

P lacuit·prochianū·ſ; nū q̄d ep̄us p̄t punirē exemptos qui delinquūt in ſua dioceſi· vid̄ɀ q̄ ſic·p·c·iſtud·et·s·iij·q·vi·c·i·et ex̄ de ſ̄eti·ad abolēdā·in fi·vbi d̄r q̄ nullū p̄uilegiū iuuat ⁊ ex̄ d̄ p̄uil'·ex tuarū·in fi. Itē negligētiā taliū p̄t ſupplē ut ex̄ d̄ ſupp·negli·p̄·ſicut·ex̄ d̄ p̄uil'·cū et plantare·et exceſſus eorū punire ut ex̄ de p̄uil'·patētib̄ɀ Itē q̄ɀ rōne delicti p̄ditur p̄uilegium·xi·q·iij·p̄uilegiū·Itē q̄ɀ reatus om̄em honorē excludit· C· vbi ſenatores·l·i· Itez qua in ꝓuincia quis delinquit illic iuri ſubiaceat nullo ſe excuſatur⁹ p̄uilegio·C·vbi de crimie agi opoɀ·autē·qua in ꝓuincia·non enim p̄textu p̄uilegij· ɔceſſi flagicōrū creſcit auctas vt·C·de p̄uil'·ſcol'··l·ij·li·xij·ad idē i autē·d̄ mā·p̄nci·§·q̄ ſi deliquētes inueneis·vbi d̄r nō p̄mittas nocētes vti aliq̄b̄ɀ p̄uilegijs·ecōtra ꝓbat² q̄ nō p̄nt puniri vt ex̄ de p̄uil'·ſane·ex̄·e·cū capella·xvi·q·i·frater nr̄·et expreſſe d̄r ex̄ de ſupplē·neḡ·p̄la·ſicut·ſi em̄ tales p̄nt puniri ſicut ⁊ alij in

et ep̄os ſingulos videlicet ſecundū ordines ſuos· et quicunqȝ cauſam habuerit a ſuis iudicibus iudicet̄ ⁊ non ab alienis id eſt a iuſtis ſue ꝓuincie iudicib⁹ et nō ab extraneis niſi vt iam p̄libatū eſt a iudicandis fuerit appellatū· Itē nicola⁹ p̄p̄

**Non alioꝝ ſed primatis ſui iudicō quiſqȝ ſe ſbiciat ep̄s·**

D Eniqȝ ſi ſuffred⁹ tale in ſe crimē mouerat quo recte poſſꝫ ep̄atu p̄uari vel infirmitate ſe ſentiebat p̄ grauari·qua impeditus nullus poſſet p̄ximis ſua prelacōne p̄deſſe·is primatis ſui debuerat et nō alioꝝ dioceſios ātiſtitū p̄ſtolari iudiciū· Quod enim quelibet ambiguitas vel aliqua fortaſſe ſup eius examinacōe vel ep̄atus abrenūtiacōe fuerit aborta ɔtēcō ex more ad ap̄licam ſedē referri ɔuenerat et noſtra in hijs om̄ib⁹ debuerāt cūcti decreta peitus expectare·qd̄ q̄ɀ omiſſuꝫ hacten⁹ dolēdo dilectiſſimā gloriā veſtram vehemēter efflagito vt iam dictus ſuffredus ep̄us ꝓprio reſtituatur epiſcopio ·et ſi quid rep̄henſione dignū geſſit poſtea vel correctione vel digna animaduſione diffiniatur· Eſt tn̄ caſus in quo ep̄s alterius ꝓuincie prochianū excōmunicare valet· Vn̄ i ɔci·apd̄ ɔpēdiū

**Quando ep̄us parrochianum alterius excōmunicare valet·**

P Lacuit ꝓ ɔmuni vtilitate vt nullus ep̄oꝝ grauiter ferat ſi eius prochianū ꝓ dep̄dacōnis cauſa alter ep̄us excōmunicauerit· Ex ɔcilio meldenſi **De eodem·**

D E illis aūt qui infra prochiā bn̄ficiū ā hereditatē habēt et alteri⁹ ep̄i prochiani ſūt et de loco ad locū iter faciūt et rapinā et dep̄dacōes pagunt ·placuit ut excōmūicētur·nec an̄ ex prochia exeāt q̄ꝫ q̄ patrarūt digne emēdent ·quorum excommūicatio ſeniori eoꝝ et ꝓpo ep̄o ſignificāda ē ne eos recipiant anteq̄ illuc redeāt vbi rapinā fecerint et ibi om̄ia pleniter emēdent·

P Orro cui⁹ **Q IIII**

